Constantinus felicianus

Episcopus Cracoviensis.

Wadowski Aegidii Steph: Liber votivus

VII virtutum ac meritorum sigillis munitus.

LIBER VOTIVUS

VII. Virtutum ac Meritorum Sigillis

MUNITUS,

Conſcendenti ſuper Præſuleum Thronum

GENTILITIO AGNO

CELSISSIMI PRINCIPIS,

ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI DOMINI

D. CONSTANTINI FELICIANI

IN SZANIAWY

SZANIAWSKI,

DEI & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPI CRACOVIENSIS,

DUCIS SEVERIÆ,

Univerſitatis Cracovienſis Cancellarij

& Protectoris Faventiſſimi;

Inter publicas Salutantium Acclamationes,

A NOBILISSIMA IUVENTUTE ACADEMICA

PORRECTUS;

AC PER

M. ÆGIDIUM STEPHANUM WADOWSKI,

Philoſophiæ Doctorem in Claſſibus Novodvorſcianis protunc Dialectices PROFESSOREM &c:

reverenti Calamô


COMPENDIFACTUS.

Annô, quo

MorDaCes toLLens noXas per VI cerat AgnVs.

CRACOVIÆ, Typis UNIVERSITATIS.

In Stemma
CELSISSIMI ILLVSTRISSIMI & REVERENDISSIMI
PRINCIPIS



Protexit Patriam toties SZANIAVIUS AGNUS,
En protectorem, murice grata tegit.
Cornua non tollit mitis; pro cornibus, Ejus
Nam Capiti crescunt, Infula, Mitra, Ducis.
Stat pede suspenso nec non ad summa levato,
Vltimus hic nondum gressus honoris adest.

CELSISSIME PRINCEPS

ILLUSTRISSIME

&

REVERENDISSIME DOMINE.

VOtivo libro ſupplicem libellum hâc paginâ inſerimus, ut Te placatum inveniamus. Decebat equidem majora, imò maxima, in homagium tanto Hoſpiti offerre munera, niſi Librum dare, noſtri officij eſſet, niſi Tu ipſe vitio verteres, ſi Juventutem, ſi nos, Libris incumbentes non offenderes. Sigillis ſignatus quodſi eſt? talem AGNO Cæleſti porrectum, Apo-

calypticus vidit JOANNES; talem Tibi dandum noſter CANTIUS ſvaſit, utpotè cùm hæc Cancellarium Noſtrum deſignant, & Juventus cerea ſemper flecti, iiſdem materiam dedit. Non aureos Liber hic, (qui Tibi debebantur) gerit characteres, atrâ ſepiâ tinctus eſt; ita tamen, ut & Candorem Academicum demonſtret, quem ſeniô gravis, Studiorum Parens, Vniverſitas, à primo lacte ſuis Regibus & Principibus ſervat. Si exiguum eſſe arguis; ignoſce: primus iſte interim à nobis ſit, millenos poſteritas dabit, innumeros magni Oratores parabunt, tua merita conſcribendo. Aptabunt alij verborũ colores ut magis placeant; Alij venuſtos dicendi conquirant ornatus, ne à Te. PRINCIPE arceantur. Tu nihil hîc coloratum præter Purpuram, nihil à calamo pretioſũ & magnum, præter Te ipſum & Tua opera invenies, nihil deniq; magis humile & infimum nobis ipſis hîc deprehendes. Ita ſpondemus.

Celſitudinis Veſtræ.

Humillimi & Obſequentiſſimi Servi.
PROFFESSORES NOVODVORSCIANI.

SIGILLUM I.

Jn Quo Illustrissima DOMUS 672
CELSISSIMI PRINCIPIS
resplendet.
Adeste Lynces Pupillæ!
Adesto Spectator Orbis!
LIBER VOTIVVS panditur:
Adsis Sarmatica Aquila!
Spectatricem vibra palpebram.
Novam meritorum & actorum Apocalypsim,
niveis pennis notatura.
Ascendit Præsuleum Thronum AGNUS,
Ascendentem Purpurata Patrum adorant agmina.
VAVELLUS Coronas in plausum demittit,
UNIVERSITAS Sceptra Coronis adjungit,
Academicæ Juventutis Flos plausibus vernat;
ut inter Lilia AGNUS consistat.
Nesciunt otiari Scholæ nostræ, etiam ad solenne Adventûs Tui festũ
Folia & LIBRVM VOTIVVM explicant;
Cujus primum Sigillum quisquis revolvet:
ILLUSTRISSIMÆ DOMUS TUÆ lineamenta
PRINCEPS CELSISSIME
observabit.

Domus hæc tot Proceribûs ab antiquo clarissima,
Te Ipso maxima, Solis Regiæ titulos meretur.
Nec alibi nasci debueras:
Non inter fungos, utiq; amant prodire lilia,
Selectiorem poscunt glebam,
Vrticis ubiquè Patria.
In ipso mari pretiosæ nascuntur gemmæ;
Ad simplices fontes, arenosi offenduntur lapilli,
In alto Montium generosæ nidificant Aquilæ,

Humiliores ramos luſciniæ quærunt.

Cæſarum Sangvis, ex craſſiore Serviliorum non fluit vena.

Octavij, ut octo conſangvinitatis poſcunt gradus,

Nec gobiales Gabinij, Capitales Romæ progenerant Lucios.

Ipſi titulorum ſoles, ex rubro alti ſangvinis mari, oriri geſtiunt.

Præſulum Tyara, aperto quaſi ore, maximis inhiat Capitibus, ut eadem præcingat.

Nec Mitræ eam timent frontem, quæ altìs lineis rugoſa.

Purpureus color craſſiorem lanam, etiam ter tinctam refugit, mollem repente imbibit.

Te, dum maximum, & Purpuratum PRINCIPEM veneramur: Majores non inquirimus.

Non ignari

Ex Tua Conſangvinitatis Arbore, non unum honoris creviſſe Scipionem, non unam prodiiſſe Curulem.

Illuſtriſſimis Domûs Tuæ Ceris, non unum Poloniæ arſiſſe meridiem,

Non unum titulorum coaluiſſe Sigillum.

Ex vetuſti Sangvinis Tui venis, toties Reipublicæ optimam fluxiſſe ſalutem.

Novimus:

Majorum Tuorum Imaginibûs, infantem adhuc delectatam fuiſſe Poloniam;

Nullamq; anteactorum ſæculorum fluxiſſe diem, ſine TUÆ DOMUS linea,

quas in Libri hujus non ducimus paginas; cùm nec Tibi uni capiendo ſufficiunt.

Diſtinctos poſcunt faſtos, quantumvis & illos excedant.

Abſit nobis, pro Oratoria Expolitione, è Sepulchris Tuorum Majorum excitare Cineres.

Abſit pro vivaciori ſermonis ſpiritu Anteceſſorum excitare animas.

Abſit, probandi argumenta, ex urnarum ſumere domicilio.

Ina-

Inanis Oratoris quæstus, ab Avis Atavisq; emendicare laudis suffragium. 674

Plùs quàm Diogenis excessus,
sole ardente, funereas mortuorum accendere faces.
Boleslaorum pertinacia, in fidem nonnisi è sepulchro suscitari Piotrovinos prætendit.
TU PRINCEPS CELSISSIME cum TUO AGNO,
pro ARIETE argumentorum sufficis.
Imò
Sepulchra Tuorum hoc Sigillô obsigillamus;
ne magnitudinis augendæ causâ resurgant,
cùm satis gloriæ ex TE Ipso habeas.
CONSTANTINI Nomine Solidus,
frigidô saxô Antecessorum solidari non eges.
Sub JUNOSSIO prodijsti ARIETE,
optimus posthac Ovium Pastor.
Sub primo Poloni Zodiaci signo,
PRINCEPS animorum futurus.
Aurei temporis in Polonia Authori,
ex Aureo Vellere, prima vitæ debebantur stamina.
Pacificatorem Patriæ, pacificus designavit
A G N U S.
Felix ille Anni circulus, qui Te cunis involvit,
Fortunæ rota dicendus, qui TE FELICIANUM advexit.
Gangetico pulvere mensuranda hora,
quâ Tu in arena viventium stetisti.
Albô calculô notanda dies, in qua Tu Purpurarum exortus es Candidatus.
Felices cunas, in quibus tantorum operum agitabaris Actor.
Felices Majores, qui Te maximum edidêre Natum.
Quippe:
Tu Ceras Illustrissimas, illustriores reddis,
Lineas Prosapiæ, in altos ducis titulos,
Alti sangvinis Corallia, Mitris & Infulis inseris,
Avorum Atavorumq; Imagines, Præsuleis consecras

 hono-

honoribus.

Arborem Consangvinitatis, Regio Throno in columen applicas

675. Ipsosq; Majores, multò Majores efficis.

Ejusdem Sigilli Ceris suam Imaginem debet

Illustrissimus & Reverendissimus Dominus,

D. MARTINUS ANTONIVS

SZANIAWSKI,

Vilnensis & Lanciciensis SCHOLASTICUS,

Trocensis PRÆPOSITUS, Regni SECRETARIUS,

FRATER TUUS Amantissimus.

Quem, etsi sub Sigillo haberem, vel ipse publicus titulus secretum prodit.

Satis vocalis est, si Ei Regum auris attendit.

Cognosci à nobis debet, qui arcana cordium novit.

Scholasticus, Scholasticos meretur calamos,

Vnà Tecum prociduo studentium agmine coli debet.

Aureum quoq; DOMVS TVÆ Illustrissimæ reddit Sigillum.

Illustrissimus & Reverendissimus Dominus

D. FELIX de JVNOSZA

SZANIAWSKI,

DEI & Apostolicæ Sedis gratiâ EPISCOPUS Capsensis, SUFFRAGANEUS, CANONICUS & OFFICIALIS Generalis Leopoliensis.

Cujus mens gemmea, Caput aurum optimum,

Ipse totus inæstimabilis Præsul.

Apollo Sarmaticus dicendus, ni SZANIAVIVS esset.

Non premit Archipræsulea suum Possessorem Crux,

Cui tantus Patriæ suffragatur ATLAS.

Non erubescit ejus Purpura, pro qua impallescit SZANIAVIVS.

Sonat optimè SKARBKONIA Litera,

Consonantia virtutum Suffraganei.

Pre-

Pretiosius ejusdem Nomen, cui iterum tanti Præsulis adjecit annuli.
Ipse Roxolanus Leo multò generosior,
dum se ad AGNI SZANIAVII componit modestiam.
Nescit rugire vitiosè, ad virtutum charmoniam
se eviscerante Suffraganeo.

Illustrissimus & Excellentissimus Dominus
D. ADAMUS SZANIAWSKI,
CASTELLANUS Lublinensis.

Etiam ceratum Sigillum hoc, suâ Purpurâ efficit rubicundum.
Gemmis his, quas pro Patria effundit, circumdat;
ut cò pretiosius à LIBRO VOTIVO pendeat.
Agnoscit Patria Eundem
In Toga, pro salute publica certantem,
In Purpura, non coloratum Consultorem,
In Senatoria Curuli, non otiosum ad salvandam
Rempublicam Sedentarium,
Nos Maximis parem veneramur.
Ejusdem Sigilli, Gemmæ sunt pretiosæ;

Illustrissimi & Magnifici Domini.
D. JOSAPHAT
Augustoviensis CAPITANEUS
&
FABIANVS
SZANIAVII,
TVI PRINCEPS CELSISSIME ex FRATRE Nepotes,
uterq; ad maxima nati.

Quibus si cæteræ desint laudes, satis ad gloriam esto,
Quòd TE suum meruerint habere Patruum,
Quem Patria agnoscit PATRVVM
Restant alij, Sigilli hujus Splendores,
qui Sarmaticum illustrant Solem.
Crescunt adhuc in rubro Sangvinis TVI Mari aliæ gemmæ,
quæ PRINCIPVM Mitris inserentur.
Tota *DOMVS TVA ILLVSTRISSIMA*

PRINCEPS CELSISSIME

Ab omnibus, ut Signaculum ſuper cor poni debet: ponetur.

Nos hocce Sigillô teſtamur.

SIGILLUM II.

In quo CELSISSIMI PRINCIPIS Sapientia reſplendet.

Hactenus ex Ceris *ILLUSTRISSIMIS* patuit Sigillum,
nunc ex Diogenis face reſultat.
Hoc Sapientiæ, illud Lucinæ proprium.
A fontibus Sangvinis, ad Margines Librorum deſcendimus.
Pulchrius utiquè, ubi Arbor Conſangvinitatis in Parnaſſum
tranſplantatur;
ubi Majorum Ceræ, Cleanteis admoventur lucernis;
ubi Sangvinis Corallia, Olympico expoliuntur pulvere;
ubi Aquilina Heroûm Soboles, eruditis implumatur calamis.
Dum Puer animus, Scholaſticam excitat arenam,
ubi Nobiliſſimus Lucinæ partus, etiam doctis baptiſatur fontibus.
Quippe:
Lac & ſangvis, multis honores ſcribunt:
erubeſcendo poſthac, ſi minùs dignos in Purpura videant clientes;
Si inſipidos, absq; ſale ſapientiæ, obſervent Lactantios.
O probroſum dedecus! ſtultiſans honor.
O erubeſcendus error! Purpurata Ignorantia:
Non occupant ſolidè Senatorias Curules;
qui ſcholaſtica diutiùs non atterebant ſcamna.
Non pulchrè reſplendent, quibus oleum deeſt Capitis.
Nec candidè ac fluidè pro Patria dicere poſſunt,
quibus lac non propinavit Sapientia.

TU PRINCEPS CELSISSIME
Honorum Candidatus, cùm à primo lacte fueris,
præſago ſpiritu, fontes Sapientiæ petiiſti:

ut ijsdem lotus, formosior titulis placeres.
Apollinis Cythara, Musarũ chorus, ludus Tibi erat.
Ita Parnasio intentus Pegaso, 678.
ac puer Macedo suo Sonipedi.
Vix scholasticam pressisti arenam, jam cordium & animorum victor.
Necdum solido maturus gressu, jàm CONSTANTINVS eras.
Et in baptismali fonte & ad flumina sapientiæ, felicitate ingenij
FELICIANUS nuncupatus.
Ita Artes perdiscens, acsi congenitas haberes,
Ita literarum elementa percipiens; acsi illarum elementatum fores.
Disciplinas aptus ad omnes, propensus ad singulas,
humanas in Te Divinas efformâsti.
Gaudet Universitas Mater, quòd Te suum habuerit
Filium, Quem nunc Patrem & Protectorem veneratur.
quòd Te suo lactaverit ubere, sub quo lactea sperat sibi sæcula.
Contra Ignorantiam certaturus,
sub Sceptriferam Crucem ipsius, venisti CONSTANTINVS:
Omnia in hoc signo vincens.
Ut ad mentem Regum posthac saperes,
Regias visitâsti Musas.
Ex quarum fonte, tantum primis labris hausisti,
quantum alij ne ultimis possunt.
In Aristotelico Euripo, Te Gemmâ nihil pretiosius,
sub aureis Sceptris, Tuô ingeniô, nihil æstimabilius.
Crescebat Jagelloneus in vota & spes Manipulus,
cùm eum sudoris imbre irrigabas.
Ipse CANTIUS se beatum in terris putavit,
cùm TE FELICIANUM,
cùm TUUM AGNUM præstò haberet.
Nullus in literario Ludo Conclusionem intulit,
quin Te Majorem alijs esse præmiserit.
Nemo fortiùs urgebat, quàm Tu Gentilitio ARIETE.
Nullus in Scholis aderat Cultor, qui Te imitari non studeret;
vanô utiq; studiô, cùm omnes ingeniô superaveris.
Eruditæ mentis aciem, Themidis Craciæ gladiô acuêre

 Tibi

Tibi placitum,
Quæ vix Te advertit Cultorem, decretum tulit;
brevi Te fore Maximum.
Placet ejuſmodi Decretum, non appellandum ab ipſo:
Iuſtiſſimè latum eſt: non aliud PRINCEPS meruiſti.
Quippe:
Nullus Iuris extabat Paragraphus, quem Themidis gladiô,
Tuæ menti non impreſſeris.
Nullus Titulus, quem ſcire, honori Tuo, non duxeris,
Nulla Lex, quam non ſervaveris diligentiſſimus.
Nullum Caput, quod Tuo non inhæſerit.
Nullus Proceſſus, quem non decurreris.
Inter Canones, verus Canon virtutum.
Hinc non mirum PRINCEPS CELSISSIME,
quòd animatam Poloniæ Sapientiam agas;
quòd in tantis Literarum fundamentis,
tàm graves apud Te ſubſiſtant ſenſus,
quòd Muſæ, in Tuo vertice, Sedem poſuerint,
quòd Delphicum credaris Numen,
ad Cujus Oracula, ipſi obmuteſcunt Tullij;
ad Cujus verba, marceſcunt Hortenſij;
ad Cujus Conſulta, ſupercilium ſuſpendunt Catones;
quòd Te Vnum omnes mirentur, exteri nobis invideant,
ament Univerſi.
A Tuo Capite, prima langventi Patriæ venit valetudo:
à Tuo Cerebro, Pallas Sarmatiæ, renata.
Tuæ ſapientiæ ſale, inſulſæ res Polonorum conditæ.
Ex Tuis literis, ſyllabus felicitatis compoſitus.
Fumô Gradivi denigrata Polonia,
Tuæ eruditionis Fontibûs dealbata.
Jam jam extingvenda, à Tui Capitis oleo lumē accepit.
Tot malorum plagis non proficiens,
ſub Tua diſciplina, meliùs ſapere didicit.
Dum Te Conſilia dictantem audivit.
Tuô ingenio nihil æſtimabilius,
Tuo Ore nihil floridius,

Tua

Tuâ dexterâ nihil pretiosius.
Quidquid mente Tua moliris, Apollinis sensus est.
Quidquid in Senatu profers, gemmis Cedroq; notandum.
Quidquid eruditâ adnotas manu, condi in paginas poscit.
Nihil justius?
Quàm quòd istæ Tuæ Sapientiæ gemmæ, altis INFVLIS inferuntur;
quòd eruditionis Tuæ lumina, titulorũ conjunguntur splendoribus;
quòd contractus à libris pallor, nunc in Purpura rubescit;
quòd Tua doctissima penna, in altum evolet;
quòd oleô Capitis eruditissimi Tui, Sacri inunguntur honores;
quòd PRINCEPS animus Tuus, Ducali tegatur Mitra;
quòd mentis Tuæ acumen, Severiô ornetur gladiô;
quòd Divinum planè ingeniũ Tuum in æde summi Honoris colatur;
quòd Tu Adau antina Donûs sapientiæ Columnâ,
Præsuleô fultiaris Pedô;
quòd Tu verior Apollo, Vavelli Parnassum conscendas.
Nos plura optabimus:
Ut Tu Sol sapientiæ Splendidissimus,
In sublimiliori apriceris honorum auge.
Ut Cardinalitiam occupes sphæram,
ut magni animi dotes,
quàm diutissimè Sarmaticum dotare possint Orbem,
interim sint sub Sigillo.

SIGILLUM III.

In quo Vigilantia CELSISSIMI PRINCIPIS resplendet.

Evigiles de somno, Centocule ARGE?
Cujus tot oculos, una fistula Mercurij,
suo lusu elusit.
dum per sonum, somnum causavit,
Lethargum dicerem; quia adusq; durantem.
Evigila & adsis?

 Si-

Sigillum Tibi præſento,
Præſulis Vigilantiâ reſplendens;
Ut ad eandem Morſe pallidus erubeſcas.
O Incautum Te Armamentarium?
Vnius Iuvencæ Cuſtos, eandem & Caput amiſiſti.
SZANIAVIUS Præſul tot OviũPaſtor, omnibus præeſt vigilantiſſimus.
Extra Oculorum Centuriam, te Argô oculatior.
Quippe:
Pretioſus Infulati Capitis adamas, qui non ad Solem tantùm,
ſed in nocte reſplendet.
Immortale Caput, quod fratrem mortis ſomnum non admittit.
Feſtivus Paſtor, cui continua in vigilando pervigilia.
Quid PRINCEPS? niſi Cor?
eò amabilius, ſi alijs dormientibus membris vigilat.
Quid Pedum? Paſtoralis Virga eſt,
quam timent vitia, ſi vigilantem advertunt.
Frondium more florentior redditur, ſi ſupina non jaceat.
Hinc ex pervigili Præſulum cura,
nullus vitijs ad Ovile acceſſus.
Ad irretortam Paſtoris pupillam, excæcantur ſcelera.
Sub ambulatorio Antiſtitum Pedo,
ne pedem movere audet malitia, ſuppedaneam agit perpetuo.
Letifera fata lethargum dormiunt,
ſi vigilantes conjiciant Cuſtodes.
Et dextrè agentibus Paſtoribus, nullam activitatem habent.
Intrant alij honorum theatra, ſed ah ſæpiùs muti Actores;
quos vix intueri poſſumus, non tutores habere.
Habent honores, nec habentur ab honoribus.
Videri tantùm non providere populo, ſatis ſuæ gloriæ ducunt,
Quaſi faſces infacinent, manus ad agendum,
Quaſi Purpura atteratur, ſi humeri, multum laborent.
Quaſi ſub Præſuleo Annulo tacere debeant.
Acſi Sigillum oris frangatur, ſi pro grege loquantur.
TU PRINCEPS CELSISSIME,
ARIS Sacris admotus, in victimam Te illis totum obtuliſti.
Ad earum lucernas Sacer Cleantes factus,

An

an ipse lucerna factus. 682
Novus Apostolus, non una tota laborabas nocte;
Ut non nihil caperes.
Libris impallescebas continuus,
illorum Bibliotheca factus.
Ex Sacris exedris illas loquutus es rosas, quæ odorem Virtuti, spinas vitijs inferebant.
Illas Orator formabas Periodos,
quarum quæquæ Divinissimi Pneumatis speciem habebat.
Illos impetus exagitabas, qui metam Cælestem impetebant.
Illas parentheses ducebas, intra quas virtutes latebant.
Odisti illa sericea verborum Stamina,
quibus veritas velatur, ne nuda appareat.
Odisti illa dictionum lumina,
ad quorum serenum vitia rident, quæ plorare debent.
Jucunditas Oris illa Tua erat, quæ virtutes dulces omnibus reddebat.
Verborum ille ornatus, ex quo stola gloriæ non uni prodijt.
Ille Zelus, qui triumphales ignes Cælo accendebat.
Ille Stylus, qui funes peccatorum rescindebat.
per Exedrarum gradus ad altiora scandendo.
Vilnensi Prælatorum insertus Capitulo,
Capitalem Gemmam agebas.
Nullo censu opulentior, quàm virtutum,
Nulla dote præstantior, quàm Animi.
Nemo magis pacificam possessionem protestatus,
quàm TUUS pacificus AGNUS.
Canonicis intentus Horis, Sæcula merebaris.
Scholasticus agens, Palæstra virtutum eras, in qua senes, quid discerent, habuêre.
Prælatus, nulli non profuisti probitati,
non fastu, sed gravitate Majestuosus.
Ita Compositus ad modestiam, acsi ejus Compositum fores.
Ita exactus in omnibus, ut humana excesseris.
M. D. Lithvaniæ Cancellaria, ragularissimè jura dabat,
cùm Tu ejusdem Regens Dignissimus.
Nihil ejusdem Actis inseri notabiliùs potuit, quàm Tua opera.

603.

Nulla lex communior observari, quàm vitæ Tuæ Regula.
Protestari Lithvana Themis coram actis potuit,
quòd nè per cancellos ejusdem atrium introspexit fallacia,
sub Tuo Regimine.
Sed Lithvanus Pogonia, altiùs Te suo traxit Sonipede,
evaginatô gladio, majora Subselia struxit.
Referendarij Officium M. D. Lit: Tibi retulit,
In quo, quanta vigilantissimus egisti,
Ipse nonnisi dignè referre posses,
ni contrarium Tua modestia svaderet.
Scimus tamen vocales Tuos Actus,
etiam Te eosdem reticente.
Illæ lacrymæ, pondera vocis habent,
quas ab oculis miserorum abstergebas;
quæ sicut pluvia in vellus Tui AGNI descendebant,
non absquè subsequente
Tuæ Gratiæ sereno.
Illi supplices Libellij, in mille votivos componuntur,
quos libens legebas, sensum doloris percipiens.
Illa facies est testis, ex qua miseri gratias colligebant.
Nil Tibi erit dulciùs, quàm amarorem egenorum excipere,
Nihil magis pium, quàm preces coram Majestate supplicantiũ recitare.
Nihil levius, quàm ab illis incommoda ferre.
Nil communius quàm omnibus prodesse.
Tunc Te FELICIANUM affirmans
si felices omnes dimittas.
Tunc verè CONSTANTINUM, si cadentes stare facias.
Vel si malum, in præceps cadere videas.
Inter hæc varia supplicantium postulata,
VLADISLAVIENSIS INFULA etiam TE expetijt
Dignissimo REFERENDARIO, seipsam retulit.
satis validæ famæ habitura, si Te Possessorem referret.
Retulit felicissimè.
SZEMBECIJS altiùs Conscendentibus Capellis,
AGNUS Tuus successit.
Ad Archipræsuleum Viretum, transplantatis ROSIS,

Tuus

Tuus animi Candor in INFULA refloruit.
STANISLAO recedente CONSTANTINUS advenisti,
Vterq; stare pro grege parati.
Orbatas ROSEO Pastore Oves
FELICIANUS beandas accepisti.
Exultavit Ecclesia, ad nuptias Tui AGNI,
Præsuleo Annulo Tibi desponsata.
Ipse proximus Neptunus suis plaudebat fluctibus,
Vbi Te novum, Iasonem, cum AGNI vellere observavit.
Eviscerabantur in plausus Oves;
Te Animam dare pro illis, paratum videntes.
Ita est:
Accepisti Præsuleum Pedum, ibas in auxilium celerior.
Honoriam pectori appendisti Crucem, hac malum à grege fugabas
Gravem Capiti imposuisti INFULAM, in hac pro populo desudabas
Nil Te magis contristabat, quàm nubes pluentium oculorum:
Nihil magis insulsum Tibi erat, quàm salsæ lacrymæ egenorum.
Mortem Tuam crederes, si Oves necarentur.
Summa Eclipsis Tui honoris foret, si aræ non splenderent.
Nulla mentis quies, si pulvinaria Deorum impeterentur.
Tui animi Commune opus erat, de omnibus cogitare;
Tuæ memoriæ, omnium memorem esse.
Tuæ voluntatis, omnibus prodesse velle.
Publicis avocatus negotijs, domi adesse videbaris.
Caput Consilijs dabas, mente apud Oves præsentissimus.
Quæ etiam in Senatu loquentis vocem cognoscebant.
Quæstiones pro bono publico solvebas,
de statu Ovium alias movendo.
mala Patriæ fugando, ne in ovile vitia irreperent, providebas.
Hospes domi, non peregrinus, sed laboriosus.
Non in Festis tantùm, solennis Pastor,
sed in ferijs, in prima classe ponendus.
Hinc
Nemo notas contrahere potuit, ubi Te speculum habebat.
Nemo errare,
Te DUCE optimo:
Nemo vitijs cæcutire,

Te virtutum Sole ſplendente.
Nemo cadere, Tuô, Pedô ſuffultus.
Excitamur itaq; in plauſus Tuâ vigilantiâ.
PRINCEPS CELSISSIME,
Ad ortum Tuum omnes ſurgimus;
Ad obſequia nunquam obdormituri.
Vigilare utiq; pro uno omnes tenentur;
ubi vigilat pro omnibus unus.

SIGILLUM IV.

In quo juſtitia CELSISSIMI PRINCIPIS reſplendet.

Juſtitia ſi olim de Cælo proſpexit;
Nunc in Sigillo hoc proſpicienda proponitur.
Non ſemper Aſtræa Aſtra incolit:
Etiam cum SZANIAVIO AGNO
Cæleſtes delicias habet.
AGNUM hunc quocunq; ierit ſequitur;
Ubique AGNUS eandem comitatur.
In ſtelligero Zodiaco, libra vicina ſcorpio:
In Sarmatico, proxima SZANIAVIORUM.
A R I E T I.
Nimirum.
Quid pulchriùs PRINCIPE Iuſtô? quid fædius iniquô?
Optimus ſublunaribus influxus,
Vbi Aſtrææ aſtrum, in Coronarum ſphæra gyrat.
Inexpugnabile Imperium, enſe Themidis armatum.
Sine pretio Caput, quod à Iuſtitiæ pendet libra.
Non niſi in metricis pedibus ultima exlex.
In Pedis Præſuleis nulla, ne litera quidem eſſe debet.
Quis erravit? quem duxit Iuſtitia?
Quis ad lapidem offendit, cui hoc præluxit aſtrum
vel ſi offendiſſe accidit, certe in angularem.

A Pontificis pectore, Crucem pendere convenit;
à manibus libram.
Præsuleam manum exornet annulus,
sed Themidis Sigilli formam habeat.
TU PRINCEPS CELSISSIME
Extra Ducalem SEVERIÆ ensem,
Ensifer Themidis dici potueras.
CONSTANTINUS, ubiq; hîs armîs certabas,
nunquam non victor FELICIANUS.
Certare alij hoc ense videntur,
Vbi in arenam Pactoli descendunt, hærent devicti.
Pennas contra proscribenda vitia Icari aptant,
auri adusti radiô, & pennas & animam amittunt.
Decretoria folia ventilant, sed afflantibus favorum favonijs,
illa in auras mittunt.
TU PRINCEPS corrupto hoc sæculo incorruptus,
sic Aristidem imitaris, ut redivivum facias.
Extant Tuæ æquitatis notæ in VILNENSI
ARÆOPAGO;
Cujus Tu sine nota quondam NOTARIUS.
LITHVANUS POGONIA, non tàm æquitare;
quàm volare Tuâ pennâ credebatur.
Quæ Angelicis pennis inseri debuit,
etiam in atra sepia, immaculata.
Castrum illud, sua vetustate commendabile, in Castra abijt:
Sub Te CONSTANTINO, Themidis ense fortissima,
nullo sceleri accessibilia.
Hoc tempore, quo Iura silebant, aut venalia erant,
per Te vocalissima reddebantur.
Invigilabas Legum Custos,
ne aut auro venum exponerentur, aut ferrô premerentur.
Quippè
Iustitia & Pax osculatæ sunt,
Bellona & Themis non benè conveniunt.
Hæc ut aliena rapiat, inhiat; illa unicuiq; quod suum est reddat.

Hæc prædones enſe protegit, illa latrones enecat;
Hæc menſuram in exorbitando non ſervat,
illa bilancem juſtiorem premit.
Compoſuiſti has lites,
PRINCEPS CELSISSIME
Juſtitiæ litando.
Æmulam Themidi Bellonam amicam reddidiſti.
duellante utriusq; gladios coadunaſti:
Vtrosq; Tibi in Triumphum cedere expertus,
Vtrosq, Tuæ gloriæ Fabricatores effeciſti.
Incuſabat Mavors, quod Iuſtitiam, non haberet:
(quàm ipſe expulit)
Tu eidem Ariſtidem egiſti.
Injuriatum ſe abſque lege querebatur,
Tu jura dictabas legislator.
Stipendia detenta incuſabat;
Tu juſtitiæ libram apprehendens.
Radomiẽſe conſcẽdiſti Præſes Tribunal, plaudebat injuriata innocentia,
ubi Te animatam Juſtitiam advertit.
Iuſtiore bilance Sangvinis & ſudoris corallia,
ponderabas, præmiorum pretiô exſolvendo.
Abſciſſas Zelislaorum manus, ſi videbas;
aureâ liberalitate compenſabas, protectionis dexteram porrigendo.
Pridem ſignatis in papyro præmijs,
exnunc aureo charactere reſcribebas.
Atras expectantium notas, in gemmeas commutando.
Effeciſti; ut Heroum vulnera non papyro, (ut ante) obvolverentur;
Sed Honoris faſciâ ſtringi poſſent.
Ne miles Polonus equitando ſtipendia quærat,
ſed quieſcendo poſſideat.
Ne ſuas cicatrices à vulgo repetat,
Ne ſudoris effuſi gemmas, in lacrymarum lugentium
mari inveſtiget amplius.
Ne ſatis Martio aduſtus æſtu, focorum ardores patiatur;
Nec totum, ſed in toto à populo accipiat.
Militabant Tuo honori Heroum agmina.

Au-

Aureæ Tuæ Liberalitati, chalybeatæ plaudebant cassides.
Ferentes vulnera pro Patria milites,
omnes Te redivivum CONSTANTINUM,
in castris credebant.
Imperatorem dicturi, ni Præsulem scivissent.
Scelus nonnisi Te Judicem habere timuit,
coram Tua Purpura erubescendo;
à qua virtus, serenum semper experta.
Imò, nec Caput, attollere audebat, ne tolleretur.
Et cùm optimi Te Numen sibi indigitarent,
Illud & animum, & oculos remisit.
Solenne utique est ephtalmia laborantibus,
non posse lucem spectare.
Aquilæ orientem speculantur solem,
quem Bubones etiam occidentem effugiunt.
Sæpiùs ad noctem protrahebas Judicia;
ut Nobilitatis injuria, pacatiùs dormiret.
ut preces intonans calamitas, largum vesper experiretur,
ut & solem & nocturna astra, æquitatis testes haberes; inter illa,
erudiens ad Justitiam, stellarum more fulgendo.
Quocunq; gressum movisti, ubiq; Tribunal Tecum circumferebas.
Aulam Tuam, & curiam Themidis dicere, idem erat.
In arduis Regni negotijs, sæpè Commissarius, pluries Legatus.
Semper comitem Justitiam elegisti;
Quæ si semel pacem osculata est,
Tuo pacificô A G N O perpetuò adhæsit,
Magis eodem, quàm ferocibûs Salomonis Leonibûs quondã contenta.
Cum Patriæ Civibus paternè
Cum exteris cautissimè.
Cum protervis animosè, ubiquè pro justitia Zelator.
Mirabantur exteri internas animi Tui dotes,
satis in Polonia vidisse rati, si te loquentem observâssent.
Alij suos incusabant soles, quod tales non proferant surculos,
ex quibus tanti nascantur Mercurij.
Nihil tàm durum erat, quod Tuâ non emolires facundiâ.
Nihil tàm amarum, quod non optâsses svavitate.

Nihil

Nihil tàm pertinax, quod Tuæ non obediret æquitati.
Nullum negotium, quod à Tuo pendere non vellet æquilibrio.
Applaude tanto Lycurgo
Cracia Themis: è cineribus Phænix evola?
Ingredienti ſuam Sedem Antiſtiti;
Proceſſum Juris obligatorij forma,
Ille atrô Te fumô ſquallidam, Suô ſerenô gratiæ illuſtrabit.
Ille juſtitiæ incorruptus Cuſtos:
Te vicinis flammis corruptam è ruderibus attollet.
CONSTANTINUS, ſolidè ſtare faciet.

SIGILLUM V.

In quo Pietas in DEUM, Fides in Regem, PRINCIPIS CELSISSIMI refulget.

Signaculum hoc inſigne dicas,
quiſquis vides, aut legis.
Non ex ceris Majorum, ſed maximis, quia DEI eſt.
Pijs amoris flammis, non igne ſimplici fuſum.
Cordibus, non chartis imponi ſolitum.
vacuum eſſe nemo exiſtimet.
Tuæ pietatis imaginem
PRINCEPS CELSISSIME
refert.
Qui primam vitæ Tuæ auroram aſpiciens, nondum pijſſimus,
oculos à Cælis deflexiſti.
Inſeruiſti Florem Juventutis Ararum violis,
nunc in Paſtoralem virgam excrevit.
Prima vitæ Tuæ ſtamina, precibus pietatis applicans,
adeò devotus, eaſdem recitabas;
donec ad ipſam Præſuleam perveneris Crucem.
Primos dierum Ortus, à Mari gratiarum prodire elegiſti.
Nunc Tyaratus Phæbus meridiem agis.
Quippè:
Inter artium præcepta, nulla magis Tibi arriſêre quàm decem.
Nulla magis placuit ars, arte placendi DEO.

Nil

Nil magis timuisti, quàm eum non timere.
Casibus operam dando, & eosdem & Teipsum Aris inflectebas.
Musæus cultor æquè pedes in Carmina,
ac genua ad orandum componebas.
Orator non magis perorabas, quàm orabas,
ex utroq; disertissimus.
Philosophus nullam Conclusionem fecisti,
donec priùs mille præmissas orationis formaveris.
Theologus, ita objectum colendo, ut callendo.
Inter regulas Juris, crebram exceptionem pectoris formabas.
Ad honorum tandem evectus culmina,
coram spinoso Vertice demissiùs, Te gerebas.
Ad Honoris veniens Ædem, crebriùs Divorum ostia pulsabas,
In omni gradu, ad gradus Templorum continuus.
Aris Superum admotus easdem multiplicâsse videbaris;
ex Teipso novam Pietatis erigendo.
Non magis ardentibus fulgebant lampadibus,
quàm Tuo flammante pectore.
Non magis splendebant anathematum pretiô, quàm Tuis precibus.
Nec plùs concentuum resonabant charmoniâ,
quàm Tui oris psalmodiâ.
Nunc Præsuleo sublimis tituló, tantùm pietate emines;
ut Cælum ipsum attingas.
In Antistitem unctus, ardentior nunc flammas.
Procedis eò altiùs, Pastorali pedo innixus.
Cadis crebriùs in orationis genua, sub Cruce Episcopali.
Caput præcinctum Tyarâ, sæpiùs spinoso inclinas Vertici.
Ita intensus humanis, ut Divina non intermittas:
Ita publicis præsens, ut angulos devotus repleas,
Officia Regni multa expedis, sed Divina præmittis.
Reip: omne momentum impendis, sed devotus recitas, aut numeras.
Et Majestatis Divinæ, & Regiæ Cultor assiduus.
Phæbus Poloniæ Serenissimus,
In Tuo maximè stationatur ARIETE.
Verè Secundus AUGUSTUS
Te nactus FELICIANUM.

Regij Sui, Throni Constantē Te agnoscit Columnam,
à primis fundamentis nullo turbine motam.
Multi versuti Synones,
Sæpe verborum colores effingunt, ut purpuram sibi depingant.
Candorem cerussatum demonstrant,
ut Candidati Titulorum fiant.
Fictitio scintillant affectu, ut dignitates accendant.
Vertumnos induunt, ut Pomonæ placeant.
Et, si ad honoris ædem non admittantur.
Apostatas Politicos agunt.
Heliotropij dicendi, versis vultibus serenum
tantùm prospiciunt Phœbum.
TU PRINCEPS CELSISSIME,
Invictissimo AVGVSTO
Nostro.
Ephestionem agis etiam absq; signato ore fidelissimum.
Mellea, ut gerat sceptra, Consiliorum favos porrigis,
sine technarum aculeis;
ut sine nube ducat dies; sæpiùs Consultor noctes impendis.
Ut in Sarmatico Campo, flores non tribulos legat;
Semina gemmei Tui sudoris exprimis.
Sub triumphalis Gladiorum ejus Cruce,
semper CONSTANTINUS, triumphas.
Civibus Patriæ favores Regios ducis in triumphum.
Per Tui Cordis crystallum, Sol iste,
in omnes radijs agit.
Et cui pridem cor obtulit, nihil negat.
Per TE FELICIANUM Fortunatos multos efficit.
In DEUM & Regem Te Præsulem pijssimum,
altis honoribus in terris Beatum facit.
Plaudunt honori Tuo feliciùs Aræ
Quòd Te talem sint nactæ Præsulem.
Applaudit Tyaratus Vavel,

Quod

Quòd Te Regum victorem, suîs Coronîs exornet.
Ipse STANISLAUS Tibi CONSTANTINO
SZCZEPANOVIORVM
erigit Crucem;
Ut sub hoc Signo Majora victor devincas.
In partes quondam scissus, præ gaudio disrumpitur
dum Te Eundem videt Successorem;
Qui scissos animos unire nôsti.
Regum sepultorum Cineres commoveri videntur;
Ut Tibi ad Sedem currenti parent Olympia,
PRINCEPS CELSISSIME.
Omnes Tua Pietate attrahis;
Vt pectora eunti sternamus.
Sternimur libenter
Hæc ego, ut Tua; Tuo Sigillo consigno

SIGILLUM VI.

In quo Pietas in Patriam CELSISSIMI PRINCIPIS eminet.

Phidias aut Praxiteles adsint necesse,
Non clypeis, Pergamorum scenas;
non scutis, Pharsalicas clades;
sed Poloniæ vulnera, huic Sigillo sculpturi,
si insculpi ea debent, quæ cordibus profundè impressit dolor.
Eheu? scribit in marmore læsus.
quod nec fluentis temporis sæcula, suo fluxu delere possunt.
Vulnera noscas ex cicatricibus, Regnorum clades ex ruderibus.
Quæ nuper Feria, corda non ferijt?
Quis mensis, non Martius erat?
Quæ dies, non tristis Saturni:
Ah quàm cruda viximus tempora!

 De-

693 decoctoribus bonorum plenâ.
Sarmatica Aquila, quos olim ſpernebat, Aquilones timuit.
Ales Regia ipſis alebatur infortunijs?
Pro pennis, pænis, pro calamis, calamitatibus implumata extiterat.
Quos pavit, hos pavere debuit.
Civilium bellorum excæcata fumo,
reliquam ſui umbram videre nequivit.
Patriæ Cives olim liberi, mox liberales ſub tributo facti.
Fortunas expendebant, infortunia non expediebant.
Silebant liberæ voces, ferocium Vrſorum oppreſſæ murmure.
Poloniæ campus, theatrum gentium factus,
Leonum ungvibus arabatur.
In tàm continua Hoſpitum cultura,
ipſa calamitatum calameta creſcebant.
Nulla certior, quàm capitum meſſis ſperabatur.
Flevimus ah miſeri; ſed lacrymæ riſum movebant.
Sed fletus, in muſicales ſonos, oppreſſoribus tranſibant,
Sed in hoc lacrymoſo diluvio, mala ſuo more natabant.
Condenſabantur triſtitiæ nubes, ſed in fragorem & tonitrua.
Sicq; liberis Civibus vix flere licuit, aut meliora polliceri.
Aderant in tantis malis ſolatores.
Nos flentes, ſuo riſu ſolabantur.
Pietatem audite.
Nubes grandinantes, practicato Eccleſijs more,
æris & auri ſono fugare videbantur.
Veri chirurgi, ab illatis per ſeipſos vulneribus præmia exigebant.
Lactabant & mactabant, amabant & hamabant.
Quid ultra? ad arma tandem deventum.
Sed hæc audentiùs ſuos, quàm hoſtes feriebant.
Equitabant confæderatæ legiones, ſed in præceps ſui capitis.
Alios excepturi, gladios in ſubditis exercebant,
non ſangvinem ſed lachrymas effundendo.
Diu abfuit tanti medela mali.
Defuit in pejus euntium ſalvandi modus,
omnes tam flebilis tragædiæ vel actores vel ſpectatores fuimus.
Illuxit tandem poſt nubila Phæbus:
poſt lacrymarum tempeſtatem, ſerenum.

Ex

Ex lacrymis enatarunt meliora,
Vbi TU PRINCEPS CELSISSIME 694
Consultor sucurristi
Novus ruentis Poloniæ Atlas.
Stetisti Sacer Jupiter contra tot Encelados,
Pericleæ svadæ fulmine metuendus.
Revixisti in ferrea ætate aureus Civis.
Stetisti inter Consultores, verior Consus.
Fundebas verborum svavitatem;
ut tàm amara tempora dulcorâsses.
Illuminabas mentes consilio, ut tàm crassæ tenebræ tollerentur.
Extremis laboranti Patriæ, varia porrigebas media.
In quolibet, Tu virtus animata dicendus.
Disjunctos animos rationum nexu stringebas.
Tali unione gemmeus Patriæ Pater.
Omnem movisti lapidem, ut ruentem stitisses Poloniam.
Varium sermonis, applicabas Stylum,
ut è campo hos tribulos exscinderes.
Profunditate sensuum, abyssum parabas,
ut tantum malum in præceps caderet.
Sæpiùs Aris hostiam litabas, ut lites & hostes tolleres.
Totum Te impendebas, ne dispendio Patria laboraret.
Totum Te exviscerabas, pro visceribus Poloniæ.
Exposuisti præsentibûs malis pejora futura:
si à Te propositis non eant medijs.
Porrexisti salvandi tabulas, ut discerent,
qui mala inferre studebant.
Nec semper febricitantes animos, Sangvinis effusione salvari posse persvadebas.
Remisit Corporis Reipublicæ febris,
Saluberrimis Consilijs, Te medelam applicante.
Tui sudoris guttæ, dura cavarunt, pectora,
immo & ipsa movisti saxa;
ne amplius offensionis lapis fierent.
Ipse erroneus fervor, in Tuo rationum pellucido

G2 Se-

ſeipſum cognovit.
Acquievit Conſilijs, modò Patria quieſceret.
Ipſum Caput liberiùs factum, liberius eſſe cæpit,
meliùs valentibus membris.
Tantam machinam, unus fermè ſuſtinuiſti Atlas.
Inermis, tot evaginatos deviciſti gladios.
Sarmaticus Hercules,
plùs quàm ſepticipem viciſti Hydram.
Tot annis marcidam revireſcere feciſti oleam,
palmam gloriæ reportando.
Communi omnium voto,
Pacificator, Poloniæ proclamatus.
Videto Patria, quanta huic PRINCIPI debes?
Qui Te parentantem Parentem ſolatus.
Vide quæ tibi intulit, Qui è tanto æſtu extulit.
Stupente Orbe,
Filius, ſuæ Matri Pater factus.
Videat quisq; quanta SZANIAVIO AGNO.
debeat?
Qui adverſa tollens, nobis donavit pacem.
Qui tantam lacrymarum in vellus Suum recipiet pluviam,
qui candida lana, oculos terſit.
Dedit fila, ut è labyrintho liberaremur
Theſei.
Qui tantos pacis Turbatores, pacificus ipse,
arietavit.
Habebis PRINCEPS CELSISSIME
Tot æternæ gratitudinis anathemata,
quot ſalvatos Patriæ Cives,
quot pectora unijſti.
Tot pro Tuis ſucceſſibus ſuſpiria;
quot ſinè reſpirio labores.
tot Tuo Capiti coronas, quot tuliſti ſpinas,
quot ſudoris gemmas effudiſti.
Tot ſanitatis almæ incrementa,

quot

quotquot vulnera sanâsti.
Tot felicissimi Tibi fluent anni,
quot ab oculis abstersisti lacrymas.
Tot Colossi Tuo Nomini resurgent,
quot casus fatales ceciderunt.
Florentis oleæ, plantatus surculus,
in altioris honoris Tibi excrescet
Scipiones.
Toga hæc, quâ induisti Patriam
in plures DOMUS TUÆ dividetur Purpuras.
Semper pacifici pro Te certabimus omnes.

SIGILLUM VII.

In quo affabilitas in omnes
PRINCIPIS CELSISSIMI
micat.

Attollite Portas Cracij Cives?
Pandantur Turrium limina?
introibit PRINCEPS virtutum.
Tota huic effundatur Civitas, qui in omnes effusus est.
Regum delicium, amor Ovium, Patriæ præsidium
plausibili suscipiatur apparatu.
Pastor optimus accedit ad gregem.
Antistes suam ascendit Cathedram,
MITRATUS PRINCEPS ingreditur.
Attollite Portas Cracilidum Cives.
Meretur patentes portas, qui omnibus cor aperit.
Meretur parata limina,
Qui neminem à suis arcet.
Jam patent Craciæ Turres,
PRINCEPS CELSISSIME.
Pridem vultus Tuos præstolantur Cives.

69

Prius animos nostros occupâsti;
quàm Sedem.
Priùs corda intrâsti, quàm Vrbem;
Jam omnibus præsentissimus, antequam esses,
Frontis Tuæ Serenum omnes exhilarat,
nunquam fulmineum visum.
Oculorum crystallus in plausus accendit.
Ridentes vultus Gratiæ nulli non arrident.
Blandiores malæ, optima spondent.
Os floridum feliciora spirat.
Operum Tuorum fama, tubâ canit, ut omnes
convocet.
Ipsa Personæ majestas nos venerationis admonet.
Multorum Quæstiones de Te movisti,
antequam Pedem moveres.
Multorum ingenia premebas,
antequam hoc iter presseris.
Non unus antiquas Præsulum scrutabatur imagines,
ut Tuam sciret.
Cuinam similis esses, secum luctabatur.
Ille tamen optimè dubium solvit,
qui Te omnium Compendium,
omnibus parem apud se dixit.
Quidquid in alijs refulget, Tu collecta tenes.
Omnibus affabilis, nemini non jucundus.
Tibi nonnisi injurius,
quòd Te maximum esse non concedas.
Non satis est Tibi bono publico fudisse gratias,
nisi cuiq; singultim Te exhibeas Gratianum.
Si quis ad Tuas cadit plantas,
Casum felicem experitur.
Si lunatos arcus venerabundus facit,
jam votis triumphat.

Si

Si ad Aram munificentiæ Tuæ preces fundit,
Pactolo preces refundit.
Si injuriatus juſtitiam petit, habet,
antequam à plantis prociduus ſurgat.
Sanè,
Omnibus omnia fieri curas.
Terreſtre Numen agens,
vel in hoc maximè Cæleſtia imitaris;
quòd neminem à Te arceas, ſi confugiat.
Quare progredere fortunatus
PRINCEPS CELSISSIME
Pacificator Poloniæ, pacatas ducito horas.
Ferrei ſæculi Victor, aurea revolvas momenta.
Bonus Ovium PASTOR,
Optima quæq; experiare.
Faventiſſimus Univerſitatis
CANCELLARIUS,
intra cancellos maximæ fortunæ,
univerſas felicitates poſſideas.
Gentilitio AGNO
majus Honoris Vellus creſcat.
Cui dum Vavellus Coronas demittit,
Flos Juventutis viam ſternit.
Innocentes animæ ſequuntur AGNUM
immaculatum.
Quòcunq; ierit, pedibûs, quos infrà videbis,
Te comitantur.

Vocês tam vocali Paſtori attollunt,

Literatorum Protectori Librum Votivum porrigunt,

ut affectus legas:

Semperquè clamabunt, ut ſit Tibi

Sedenti in Præſuleo Throno,

&

A G N O,

Benedictio, & honor & gloria &
Poteſtas.
diutiſſimè.

PROGRAMMA, CONSTANTINUS FELICIANUS
EPISCOPUS CRACOVIENSIS DVX SEVERIÆ.

700.

ANAGRAMMA I.

GRaciæ intres nunc Sedis Capitolia, sospes, vives, nunc fixus; eo.

EPIGRAMMA I.

SPlendida Marmoreis saxis Tarpeia Romæ
Templa, nisi solus victor adibat ovans.
Tu meritis magnis vicisti Præses honorem
Murice purpureum, tum Ducis ense gravem.
INTRES NUNC CRACIÆ SEDIS CAPITOLIA *Sacra*
Fas est, cum plausu lætitiaq; gregis.
Sis SOSPES, VIVES NUNC FIXUS *honoribus altis,*
Vates cum primo Carmine lætus EO.

GEORGIUS de Bobrowniki BOBROWNICKI,
Canonicus Cath: Camenecensis, Auditor Philosophiæ.

II.

OVis accedit, feras, lupos arcens, vicit; pascens oves, nunc insis ei.

INnocuos agnos infestat turba ferarum;
Ast OVIS ACCEDIT *PRINCIPIS, ense* FERAS
Atq; LUPOS ARCENS, *de* VICIT, *pectore* PASCENS,
Semper OVES *cornu protegit illa suas,*
O vos! qui Sacrum Christi laceratis Ovile:
Dicite, contra nos; est Ovis ista Leo.

Tu verò, votivo, huic Agno, Musa libello,
701. NUNC INSIS *plaudens, carmina profer* EI.
JOSEPHUS de Werbno PAWŁOWSKI,
Auditor Philosophiæ,

III.

ZONNE Pij ex accessu Præsulis, fortuna venit secunda, scis? scio.

VItiatus qvoties vertex declinat ab auge,
Consurgunt toties, tristia cuncta mala.
Redditur ast quando Princeps ad Sceptra novellus,
Sors sequitur felix, & comitatur Eum.
NONNE Pij *nostri* EX ACCESSU *Præsulis, alma*
FORTUNA *orbatis* VENIJT *atq; favens.*
Si quæras: ex qvo, an SCIS, *quòd tulit iste* SECUNDA
Dux, patulo dicet pectore quisq;, SCIO.
JOSEPHUS de Krzcelcice MROZEK,
Jurisprudentiæ Auditor.

IV.

SIs ô Titan, sis ô lux, sis! nuncce ruinæ accedes ô Princeps, vi fave.

ARsacidæ, Persæ, Soboles pharetrata sagittis,
Exortum solis, poplite tumq; genu
Inflexò coluit; dum surgens collibûs altîs
Per radium roseum, lumina prima dabat.
Tu Præsul Craci, dum pandis lumina Monti,
Mos erat ùt Persis, sic resonamus ave.
SIS ô TITAN, SIS ô LUX, SIS! NUNCCE RUINÆ
ACCEDES PRINCEPS, *pectore* VIQ; FAVE
JOANNES de Mokrzko MLECKI,
Theologiæ Auditor.

V.

TEnes Stoa Princeps, ô vivax à viris, Fasces, inclines Duci eos nunc.

SCeptra TENES STOA, *ut* PRINCEPS *antiqua Scholarum;*
VIVAX A *doctis, quos facis Alma,* VIRIS:
Hos

Hos ſponde FASCES *collatos munere Regum,*
INCLINESQ; DUCI, *lætaq; præfer* EOS.
En Protector adeſt, NUNC *Cancellarius intrat,*
Flectenti Reges, flectere Sceptra juvat.
Sceptriferamq; Crucem tu pandes, ille ſacratam,
A cujus ſigno florida ſemper eris.

MATHIAS de Bielicko BIELICKI,
Juriſprudentiæ Auditor.

VI.

Ales Patriæ condivinat niveîs pennîs, fixos ſucceſſus, nec curvo.

DUm properas Princeps, ad ſummi ſaxa Vavelli,
En ALES PATRIÆ *nuncia præpes adeſt.*
Et CONDIVINAT NIVEÎS *prælucida* PENNÎS,
FIXOS SUCCESSUS, *candida ſæcla ſimul.*
Obſequium quòdſi præſtat Iovis iſta miniſtra,
Te ſimilem cernens; credidit eſſe Iovem.
NEC CURVO, *quamvis Pellæo abſumpſerat eſcam*
Illa minora Tibi, credito dona feret.

STANISLAUS KOSTKA de Dęmbiany DĘMBINSKI,
Venatorides Crac. Auditor Philoſophiæ.

VII.

Nonne præcinis ex vi inire fauſtos ſucceſſus, cuncta piè ſolida.

NONNE *Viris multis eſt gloria nomine pulchro,*
Quod ſignat nomen; peſſima geſta negant.
Aurelios multi ſe fingunt, ſæpe Roſinos,
Ferrum; ſub tanto nomine, ſpina latet.
PRÆCINIS *ô Princeps,* EX VI *jam nomen* INIRE,
FAUSTOS SUCCESSUS, CUNCTA PIE SOLIDA.
Siq; Tuum nomen liment, & geſta Catonis,
Dicent; quòd Tu Idem nomine req; manes.

ROMANUS de Bogusławice SIERAKOWSKI,
Dapiferides Zakrocimenſis, Philoſophiæ Auditor.

VIII.

Triplicis Coronæ unio, feſtina vivax, i ſecundus, paſcens, Sene.

 Avra

703 AVratæ Regum Capitis, gestamina Mitræ,
Gangeticô gemmas, littore mille volunt.
TRIPLICIS in Cracio sublimi monte CORONÆ
VNIO Tu Præses, sat tribus unus ades.
Ergo FESTINA VIVAX, I, scande secundus;
Nos PASCENS niveô, vivito crine SENE.
Pulchriùs, ut niteant gemmæ, ponuntur in auro;
Te gemmam cingant aurea sæcla precor.

JOSEPHUS de Jasienna JAKLINSKI, Pocillatorides Lomzynensis, Philosophiæ Auditor.

IX.

Inconcussus, fervens, concinnus, Atlas, Patriæ Civis, expedies Jo.

HErculeis Patriam, quisquis firmare lacertis
Sueverat, huîc plausum, gens populusq; dabant.
INCONCUSSUS ades, FERVENS CONCINNUS, ut ATLAS
Tu PATRIÆ CIVIS, Tu EXPEDIES sat Io.
Ille suis humeris, Cæli portaverat axem,
Tu portas Patriam, verticis arte Tui.
Ille est conuersus saxosi Montis in augem,
Tu, Vavel in montem cedis ut alter Atlas.

FRANCISCUS de Kownaty KOMECKI, Burgrabides Cracoviensis, Exoticarum Lingvarum Auditor.

X.

Nunc vox Ioannes Cantius es felics*, conspicuus Ariete Præsidis.

BAptistam signat, qui tollit crimina Mundi
Agnus, scriptorem Regia monstrat avis:
NUNC ô VOX nostrûm, Doctor Patriarcha IOANNES
CANTIUS ES FELICS*, CONSPICUUSq; Ducis
ARÎETE. dum in Cælis comitaris Eum Immaculatum,
PRÆSIDIS in terris, nuncce secutor eris.
Et quotquot donorum, ex ipso vellere sumet;
Tot longæ vitæ, stamina Præses ages.

ADAMUS de Ulatow ULATOWSKI, Auditor Philosophiæ,

XI.

XI.

VEniens, Paſtor, fixus ſæcula vincas; vivens ſinè, poſcit ſic, corde.

SUbdita plebs, populus Regnantes ſede Dynaſtas,
Eſſe malos dicunt; cùm dominantur eis;
Occumbunt quando, non unus Iulius Urbi.
Eſt Pater in feretro, qui malus hoſtis erat.
Tu Pastor, Veniens *in primo limine Sedis,*
Omnibus ecce places, atq; placebis amans.
Caſibus ut Viuens Sinè, Fixus Sæcula vincas.
Cuncti optant Poscit, Sic *quoq;* Corde *Tibi.*

MAURITIUS de Kownaty KOMECKI, Auditor Theologiæ.

XII.

SInè Caro nunc exiſtis EPISCOPO; nunc juſſu è Felicis æra tundas.

MYſtarum Genitrix, Ungens Eccleſia Reges,
Jam Sinè *tam* Caro, *qui Caſimirus erat,*
Nunc Existis Episcopo; Huic Nunc *pectore læto,*
Juſſu è Felicis, *protinus* æra *canens,*
Tundas; *nam quidquid per fatum Præſulis Almi*
Perdideras mærens, hoc veniente redit.
Et, ſi ſors felix, viventi cuiq; ſuavis.
Paſtor is eſt felix; carus & ille manet.

ARNOLPHUS de Dembiany DĘMBINSKI, Caſtellanides Oſwiecimenſis Auditor Dialecticæ.

XIII.

FActus, in aſcenſu alto, Purpuræ decus; non ſinè ſis xenio; ſic ieci.

MYtratos titulos, faſces, non unus honores
Poſcit; ut ex illis, lumina ſumma trahat.
Factus In Ascensu Alto Purpuræ *amænior Hæres,*
Es Decus *illi Tu;* Non *decus illa Tibi.*
Quam, ſi poſcentem Te PRINCEPS, *tollere nolles,*
Quæ rubet, ecce modò; pallida crede foret.

 Non

Non Sinè Sis Xenio, *posthac majoris honoris;*
Sic Jeci *votum, carmine Musa Tibi.*
VALENTINUS HIERONYMUS de Osiny WĘZYK, Tribunides Ostrzeszoviensis, Auditor Dialecticæ.

XIV.

ENsis severus, ovi Præsulis nexus; pacificat, non occidit necans.

Districtum gladium, dum prensat dextra Tyranni,
Jam capitum messis, sangvinolenta manet.
Ensis, *quando* Severus Ovi Nunc Præsulis *extat*
Jam Nexus, *nulli vulnera sæva feret.*
Ensem si timuit pendentem in crine vetustas,
Nè cadat hic; AGNUS è vellere fila dabit.
Pacificat *cunctos*, Non Occidit *ferus ullum,*
Pellitur hôcce Necans *hostis ovile DEI.*
JOSEPHUS de Zulin ZULINSKI, Dialecticæ Auditor.

XV.

Lux, incede pius, fies nunc Sionis unio, scis? Te Sacræ poscunt arae.

O Quoties ædes orbæ Pastoribûs almîs,
Ah toties plorant! pectora tristè gemunt,
Lux, Incede Pius, Fies *mox* Nuñcce Sionis;
O Craci PRINCEPS, Vnio *mente nitens.*
Scis? *quòd* Te Sacræ Poscunt *fragrantiùs* Aræ,
Te properare volunt, atq; venire citum.
Arte tenent vultus fictos, his si foret & vox,
Clamarent ad Te, Præses adesto celer?
JOSEPHUS de Polonna POLONSKI, Auditor Dialecticæ.

XVI.

IN cunctis, Pastor oves pâscens niveus, Cleri fax Diæcesis; innuo.

QVi præsunt populo, virtutis lumine debent,
Exemplum In Cunctis *ferre, regendo piè.*
PASTOR Oves Pascens Niveus *dum noster Ovile*

Acci-

Accipit, est Cleri Fax *pretiosa sui.*
Inter nos, quisquis Te PRINCEPS magne videbit,
Dicet; quod non fax, sed quia Phœbus ades.
Atq; Diœcesis *columen Magnumq; statorem*
Asseret; id vates Innuo *nunc & ego.*
JOANNES de *Strusy* STRUS Castellanides Becensis Auditor Rhetoricæ.

XVII.

GRaciæ sedis corona, pius niteas, ceu lux sine fine; sinus poscunt.

GRaciæ *adest Vittarum clarus ternio* Sedis,
Accedens PRINCEPS, quarta Corona *manes.*
Tres illæ vittæ, multorum tempora cingunt,
Unus præcingis, sufficienter eas.
Iam Pius *ut* Niteas, Ceu *Phœbus* Lux Sine Fine,
Ista Sinus Poscunt *candida vota mei.*
Præses in excelsæ Cathedræ nunc auge locatus,
Quot facies actus, serta tot alta feras.
ADAMUS de Małachowice MAŁACHOWSKI, Castellanides Inowłodensis Auditor Rhetoricæ.

XVIII.

INsistis, Classes Novodvorsciæ nunc festivè, PRINCEPS ex Cujava.

Insistis, Classes Novodvorsciæ *ab æquore docto,*
Este citæ, vos Nunc *tangere littus opus.*
Currite Festivè *per syrtes perq; charybdes,*
Plausu cum vestro, vellus honoris erat.
Si dotes animi capietis PRINCIPIS hujus,
Plus capietis quàm, Cæsaris illa ratis.
Istis Tu PRINCEPS *pergas ad culmina sedis:*
Ex Cathedra, quamvis Cujava *Teve fleat.*
IOANNES de Łętow ŁĘTOWSKI, Vice-Palatinides Cracoviensis, Auditor Rhetoricæ.

XIX.

ARcus, corda evincenti non sinè plausu, exponatis; sic cives fessi.

Post fusos hostes, post ludos Roma cruentos,
Arcus tollebat, tum monumenta Viris.
Corda Evincenti PASTORI; Non Sinè Plausu,
Nunc Exponatis, Sic mea Musa petit.
O Cives Fessi! nam Victor clarior ille;
Pectora qui vincit, vulnera nulla ferens.
Ducant Victores insignes, ense Leones,
Nos Te Victorem, sponte trahemus oves.

MICHAEL in Słupow SZĘMBEK, Burgrabides Cracoviensis, Auditor Rhetoricæ.

XX.

ZUncve ove successor pascit; felix, scandens, in Aris post jejunia.

CHristiadum populis, dùm explent jejunia sacra,
Pro dapibus festis, AGNUS opimus adest.
O quàm jejuni fuimus sinè Præside! nuncve?
Nos Ove Successor Pascit is arte suâ.
Cùm Felix Scandens ponit fundamen In Aris,
Post jejunia dans, lumina clara gregi.
Jejunent alij nobis ex Præsulis AGNO,
Tempus festivum, Paschaq; semper erit.

ANTONIUS de Choragvica ŁODZIENSKI, Burgrabides Cracoviensis Auditor Rhetoricæ.

XXI.

<Eni Consultor Patriæ, sis, fias secundus, exposcens jeci nuncia.

COmmunis fuerat cui maxima cura salutis,
Cunctis nunc mens est, dicere Magne Veni.
Consultor Patriæ, quòd Sis, Tua facta loquuntur,
Candidus; en AGNI lactea lana probat.
Consilijs ô quàmve Tuis, Respublica crevit;
Tu Fias crescens, pascua campus habet.
Intima vota damus PRINCEPS ô perge Secundus,
Exposcens jeci Nuncia verba mei.

IOSEPHUS de Janowice CHWALIBOG Burgrabides Crac: Auditor Rhætoricæ.

X-

XXII.

SÆculi decus noſtri, caput; ſi ſic fixè, vive perennis, annos canos.

JActet, quòd fuerit jam mille decoribûs Orbis
Plenus; monſtrando Numina magna, Viros.
Sæculi at iſtius Decus *in Te dum veneramur,*
Jam nemo Nostri *ſæcla vetuſta petit.*
Omne decus, quod erat quondam, ſi nuncce rediret;
Tu caput *iſtorum deliciumq́ʒ fores.*
Si Sic *tunc* Fixè *Dux proſper* Vive Perennis,
Ac Annos Canos *exſuperare queas.*

IOANNES de Olchovice SMIETANKA,
Auditor Rhetoricæ.

XXIII.

EN Senatus Tyrij decus, lux, ô! ſanus fias ævo PRINCEPS, ſic occine.

EN *Urbis Romæ, quæ PRINCEPS manſerat Orbis,*
A ſenio nomen, grande Senatus *habet.*
Vel quòd turba Patrum Tyrij *ſub muricis oſtro,*
Præ cunctis alijs, ſenſibûs alta manet.
Tu Decus *&* Lux *es, venerandâ mente Senator,*
O! Sanus Fias, *ſisq́ʒ Senator adhuc*
Ævô prolixô; PRINCEPS; Sic Occine *Muſa*
Ei, qui purpureus, lacteus eſto pilô.

JACOBUS in Olſzowa OLSZOWSKI,
Auditor Rhetoricæ.

XXIV.

POrtæ Craci, in Ducis acceſſu non ſpes exiles fovent, ſi vis una vi.

VIrtutem Dominis, metuendis, oſtia quondam,
Teſte pio Pſalte; non patuere ſtatim.
Aſt Portæ Craci In Ducis Accessu *venientis*
Non Spes Exiles *ſpontè patendo* Fovent.
Jam gaudent pridem niveâ vigilante Volucri,
Nunc quatient triſtes, dum Tuus AGNUS adeſt.

Si vis *decertare modò respectibus ô Dux*
709 VNA VI *pro te pralia multa gerent.*
ANTONIUS de Dęmbiany DĘMBINSKI,
Auditor Rhetoricæ.

XXV.

I Vias, est nunc fas, cessisse corda Præsuli & exponi, nuntio cui.

Cùm Patria Patres scandebant culmen honorum,
I *decorare* VIAS *quisquis adesto rosis.*
Vox erat; *ast* NUNC FAS CESSISSE *precaria* CORDA
PRÆSULI, & EXPONI NUNTIO *vota* CUI
Optavit quondam Romæ primæva vetustas,
Quidquid calcaret, fiat ut hocce rosa.
Delictum nostri PRINCEPS, *plus crede mereris*;
Ut quidquid calcas, tot pede corda premas.
JOSEPHUS de Wilkoszow WILKOSZOWSKI
Auditor Rhetoricæ.

XXVI.

SI Sacri cætus salve canunt, PRINCIPI suo, ne vox cesses, Ode fini.

SI SACRI CÆTUS *qui stricta silentia servant,*
Plaudunt ac SALVE, *præveniendo canunt.*
PRINCIPI *ovantes more* Suo, *cantemus & illi*
Musæ, quas semper Carmina læta decent.
Rumpantur quamvis citharærum pectine chordæ,
Viscera pro chordis, diripiemus oves.
Nec mea VOX CESSES, *Ode nec Carmina* FINI
Quæ modò cæpisti, duc sine fine sonos
ANTONIUS de Przyłęk PRZYŁĘCKI,
Auditor Rhetoricæ.

XXVII.

CEssit Ovis decus, ex ejus concinna lana Purpuræ fiunt, eo si scis

AD Tyrias Vrbes alij pro murice tendant,
Præside sub tanto, stat Tyrus ecce domi.
CESSIT OVIS, *pro! quale* DECUS! *de velleris ejus*

CON

Concinna Lana Purpuræ *honorq; venit.*
Ornamenta Viris multis Fiunt *ab honore,*
Ast honor, Ex *AGNO fert decus omnis* Eô.
Si Scis? *esse decus, de PRINCIPE, purpura, tanto*
Dic palam: Præses debeo multa Tibi.
JOSEPHUS Comes de Teczyn OSSOLINSKI, Capitaneus Chmielnicensis, Thesaurarides Curiæ Regni, Stud: Pöet:

XXVIII.

O Scissos unit, o secat nexus, cui Alexander usuvé fini principia.

SI Macedo nondum præscindens ensibus unum,
Promeruit centum nomina magna sibi.
O *quot Pastori titulos huîc Patria debet?*
Qui Scissos Vnit, *pectore mille Viros.*
Perplexosq; Secat Nexus, Ceu *strenuus alter*
Magnus ALEXANDER, *Regnaq; mente tenet.*
Quare non magnus, sed maximus esse mereris,
Vsuvè *hac fini, Dux bone* Principia.
JOSEPHUS in Przeramb PRZERĘMBSKI, S. R. I. Comes, Capitaneus Szydloviensis, Castellanides Conariensis Siradiensis, Scholæ Pöeseos Studiosus.

XXIX.

PRINCEPS ei nunc trioni, acsi favens sol adest successus cieo via

QVi præsunt populo, splendentis lumine Phœbi,
Illos dignamur: nam radiare solent.
PRINCEPS *Pastor* Ei Nunc *exoriendo* Trioni,
Acsi *luce* Favens Sol *quoq; clarus* Adest.
Cœlestem Phœbum radijs Aurora rubescens
Præcedit, necnon ducitur ortus equis.
Purpura te PRINCEPS, præcessit te trahit AGNVS;
Successus Cieo *splendidiore* Via,
FRANCISCUS de Struſſy STRUS Castellanides Becensis Pöeseos Studiosus.

XXX.

Vavel sic expandis coronas plùs, accessus nitentior fies, vinces.

VAvel Sic *trinas* Expandis *colle* Coronas
Vt Pius *evincas plurima Serta Tibi.*
Accessu *Ducis huius, fide,* Nitentior *ultra*
Fies *ac* Vinces *ardua quæq; potens.*
O quantum vestri pretium est exinde Coronæ,
His dum SZANIAVIUS fulgida gemma datur.
Quidquid agit, perfectum dici hoc omne meretur
Ergo perfectum trina Corona decet,
STANISLAUS de Dembiany DEMBINSKI, Castellanides Osviecimensis, Scholæ Pöëseos Studiosus.

XXXI.

STANISLAE nunc nunc posce, cie; cujus vis stas, Præside eo fixior.

STANISLAE *Poli tum Regni gemma Poloni.*
Nunc Nunc Posce, *DEUM, quæq; sinistra* Cie.
Cujus *Turritum Templum si sub Casimiro*
Præsule, non cecidit, sed stetit ejus ope.
Dum CONSTANTINUS venit signans bona cuncta
Vis *TUA, quâ jam* Stas Præside *stabit* Eo,
Fixior, *ô iterum supplex exposce Tonantem:*
Stare diu possit, quem novus ambit honor,
JOANNES in Przeramb PRZEREMBSKI, S. R. I. Comes Castellanides Conariensis Siradiensis, Scholæ Pöëseos Studiosus.

XXXII.

CArdinalis ex voto nostri Papæ sis, nec nec successus fini, vive.

ÆStus *qui tolerat, conferri debet ad umbram,*
Quam Cardinalis *rite Galerus habet.*
Ex voto Nostri, *Dux sint Tibi munera tanta,*
Æstus, cûi placuit ferre graves Patriæ.
Fers AGNUM mitem, summi CLEMENTIS in Orbe
Papæ, Sis *felix, sorte, favore diu.*
Nec Nec Successus Fini *captos bone Præsul,*
Vrbis, Vive *sacris emineasq; jugis.*
STANISLAUS in Olszowa OLSZOWSKI, Capitaneides Vielonensis, Scholæ Pöëseos Studiosus.

X-

XXXIII.

RUinas, colossus invictus, pacis cardine tenes, excipe favens jo.

EXtollant Rhodij sublimem mole colossum
Cui Phœbus radians, lumina clara dabat.
Nonne RUINAS *fers PRINCEPS extasq;* COLOSSUS
INVICTUS, PACIS, CARDINE *cuncta tenes.*
Jn Te non Titan Cœli, sed Sceptra Polona
Prensans AUGUSTUS sol rutilando cubat.
EXCIPE *corda* FAVENS *lætum* Jo, *quod Tibi Mater*
Docta canit, veterem firma columna tene.

JOSEPHUS FIRLEY KONARSKI,
Stud: Poët:

XXXIV.

ARIES, ut sit niveô cinctus flore, ævo inixus, pascens, pascendus.

AGnellus sponsæ sacratæ pascitur inter,
Lilia, tum semper candida serta tenet,
AGNUM quando Tuum PRINCEPS, Ecclesia sponsa
Obtinet; illi jam commoda quæq; feret.
Hic ARIES *ut* SIT NIVEO PRÆCINCTUS *in Aris*
FLORE, ÆVO INNIXUS, *Numina summa petet.*
Instas ut PASCENS *fias nunc Præsul Ovile,*
PASCENS *nobis Tu quoque corde manes.*

JOSEPHUS MISIOWSKI Dapiferides
Bracłaviensis Stud: Pöet:

XXXV.

CIceronis facundiæ Palæstra, nunc ejus nexus, poscit suos Cives.

TUllius in rostris Romanis svavè locutus,
Vnus pro cunctis sufficiebat agens.
Cuncti Lechiadæ ut pro Te, fas vota loqvantur:
Tu quia pro cunctis, svave locutus eras.
Hic CICERONIS *ovans* FACUNDIÆ *& ipsa Palæstra,*

Nunc ejus Nexus Poscit *ab arte* Suos.
Ut Cives *inter capias Solatia summa,*
Tot, quotquot voces Tullius ore tulit.

STANISLAUS de Strussy STRUS Subdapiferides
Latyczovensis, Stud: Poët:

XXXVI.

OVes anxiæ, vis Pastor, passu celeri duc festinus. nunc occine ijs:

ERrantes balant Orbæ Pastoribus AGNÆ
Sed saliunt lætæ, se recreante Duce.
Semper Oves *sine Te* Anxiæ *erant quas* vis *mala pressit*
Pastor, Duc Celeri *has* Passu *ad ovile Tuum*
Festinus; Nunc *en virtutum suave sonanti*
Harmoniâ alludas, Occine *dignus* Ijs
Ad ludum tantum saltabunt usq; sub astra,
Præsul Oves, ipsis, sed praeunte Tuâ.

FRANCISCUS de Lubieniec LUBIENIECKI,
Pocillatorides Gostinensis Pöet: Stud:

XXXVII.

VAticanus fit concessus ad ovile, consensusvè PRINCIPI, sic sere.

PAstor, Vaticanus *cui* Fit Concessus, *Ovile*
Quemq; suum, quævis propria noscit ovis:
Orbatisq; favens ovibus, concessit ut ad *nos*
Ires atq; geras Præsul Ovile *Tuum.*
Consensusve *dedit, nam grex manet ille secundus,*
Est ovium quando Dux quoq; solus ovis.
PRINCIPI, ut electo, donentur plura bonorum,
Vates, Carminibus Sic Sere *vota tuis.*

IOSEPHUS de Miroszovice MIROSZOWSKI,
Subdaphiferides Bielnicensis, Stud: Pöet:

XXXVIII.

Iuris nunc Astræa Divinius exultans fies sic oppone: ecce Consus.

NUnc Astræa *Parens* Juris Divinius *astrum,*
Hic ad Præsulei plaudito honoris iter.

Exul-

Exultans: *gladium* Ecce *vides cùm talia profer:*
Fies *impietas Cardine pulsa meo.*
Nuper squallebas, vicinis ignibus ardens;
AGNUM per niveum candida semper eris.
Sic *dum fatorum consurgent nubila quæq;*
Oppone *illismet cedite* Consus *adest.*
NICOLAUS RASZOWSKI, Vexiliferides
Trebovoliensis Stud: Poët:

XXXIX.

EN Dialectica virens, fixos vivacesvè Annîs proponit successus.

ARgumentorum fortissima tela ministrans
En Dialectica *nunc fronde Palæstra* Virens;
Argumentatur CELSISSIME PRÆSES in isto
Filo, quod traxit, vellere mitis Ovis.
Fixos Vivacesve annis Proponit *in Orbe*
Successus, *necnon tempora longa Tibi.*
Contemnit Dilemma suum cui præbet Achillem
Fortem, quâ gaudes, nobilis AGNA TUI.
IGNATIUS MIKLASZOWSKI,
Stud: Poët:

XXXX.

ZE casus excipe, feraliùs succedes nunc innuis stoa Piotrovij.

PRotinùs horroris nubes discedite densa,
Nè *turbent oras turbine fata meas.*
LUBIENIj Casus sunt magnæ causa ruinæ:
Sub CONSTANTINO surgere cuncta juvat.
Succedes *Præsul* Feraliùs *opprime* Casus
Excipe, *nè Tu* Nunc Innuis *Hospes amans,*
Casibus inflexis operam quæ Stoa *dat alma*
Piotrovij, *poscens, hæret ad ima pedum.*
LUDOVICUS NECANDA de Lgota TREPKA,
Stud: Poët:

XLI.

 Saxo-

SAxoniæ Ducis Electoris, penè cor vincis, vi sapiens, factus?

715,

PRincipibus placuisse Viris, non infima laus est;
Vincere cor Regum, gloria major adest.
SAXONIÆ DUCIS, *& moderantis Sceptra Polona,*
Ac ELECTORIS PENÈ COR *unus ovans*
Tu VINCIS, SAPIENS VI FACTUS *tempore qvovis*
Illi constanter nomine reg; placens.
Ergo quid restat? jam Regum corda triumphas:
Sydera, sunt PRINCEPS, exsuperanda nisi.

ANTONIUS de Reklew REKLEWSKI,
Stud: Pöet:

XLII.

IO, nec Felicis noxiùs incessus, ejus vi âccessu, pandantur Portæ.

TRipudians latis senio confecta, choreis
Alma Parens prono pectore pandit Io
Nec dubium, quin sit Felicis Noxiùs *iste*
INCESSUS, *secum cuncta secunda trahit.*
Ejus Vi ACCESSU PANDANTUR *limina* PORTÆ
Qui reserat meritis dignus honoris iter,
Nec solùm Porta verùm non ostia cordis
Claudantur; nam illis suscipiendus adest.

ANTONIUS NIELEPIEC, Stud: Pöet:

XLIII.

SCeptris, Pedisvè, Infulæ, Coronis satus ac vivis, canesces nuntio.

PVrpura summus honor prensatus ritè rubescit,
Indignus quoties cultor honoris adest.
SCEPTRIS *atq;* PEDISVE *alta* INFULÆ *& usq;* CORONIS
ES SATUS AC VIVIS *Dux bone Pastor amans.*
Immo mente Tua, vivunt, animantur honores,
Hos non Tu curas, Te petit omnis honor,
Inter purpureos titulos CANESCES, *credito sæclum*
Explebis felix, NUNTIO *Musa Tibi*

JOSEPHUS PADLEWSKI, Stud: Pöet:

XLIV.

DExter scipio, pius scævolâ, vi infestas vinces vices, nunc ornas. 716

IMperium firmant, fortes & fulmina belli
Scipiadæ, per quos, exulat omne malum.
DEXTER *adest scipio* PIUS *extas* SÆVOLA *PRINCEPS*,
VI INFESTAS VINCES. *quæ nocuere* VICES.
Salvasti Patriam, quassatam jamq; ruentem,
NUNC ORNAS *ipsam, firma columna manens.*
Scævola pro Patria dextram unam exusserat igne,
Æstibus objectus, Tu modò totus eras.
JOANNES de Witowice CZERNY, Castellanides Sandecensis, Stud: Gram:

XLV.

VRi confixi caput væ cecidit! ARIES JUNOSSIVS nos epascens luens.

VRit corda dolor, semivivus Cracius Orbis,
VRI CONFIXI VÆ CAPUT EN CECIDIT!
Sed Ducis adventus, conducit gaudia mille,
Uri pro scisso vertice, totus adest
Nunc ARIES *nobis* IUNOSSIUS; *vellere cujus,*
Terguntur lachrymæ, vulnera lana tegit.
Non animis cadimus, cecidit quamvis caput Vri;
Tu NOS EPASCENS, *quando favore luens.*
ANDREAS de Łukowica SĘDZIMIR, Ensiferides Zakrocimensis, Stud: Gram:

XLVI.

XEnia succedens, nunc volve ô Pater Patriæ fons, Civis, si vis, scis.

PRINCIPIBUS Magnis, qui servant limina Regni,
Gens Populus debet, præmia magna dare.
Tu XENIA, ô *PRINCEPS* SUCCEDENS NUNCce *revolue:*
Nam PATER *es* PATRIÆ, FONS *probitatis amans,*
CIVIS *quem rarò viditve Polonia talem,*
Posthac VT SI VIS *secla futura petent.*

Scis

Scis quæ fecisti, pro factis, hoc latet at nos,
Quid dabimus cunctas nos cape Pastor oves.

ANTONIUS Spytek JORDAN, Pocillatorides
Cracoviensis, Stud: Gram:

XLVII.

SCandas, ô PRINCEPS, fonsve Craci in ascensu exsilit Tuo, vijs.

MUsarum montis Parnassi, collibûs altîs,
Bellator sonipes ungve cavavit aquas.
SCANDAS Ô ASCENSU IN PRINCEPS, *quisq; triumphat,*
FONSVE CRACI *plaudens,* EXSILIT *ecce* TUO.
Vixq; Pedo sacro, ac agnelli vix pede tangis,
Vavelli montem; totus Apollo scatet.
Currere si jubeas, ad nutus Præsul eundem;
Diffluet, ecce Vijs *qui modò plenus adest.*

ALBERTUS de Jasienna JAKLINSKI, Pocillatorides
Łomzynensis, Stud: Gram:

XLVIII.

ECce flos Juventutis, concinnus ex Parnasso; i præsis vi vi cedas.

PLausibilem credas, ingressum PRINCIPIS almi,
ECCE JUVENTUTIS FLOS, *super astra viam*
Sternit, & applaudit CONCINNUS *poscit; ut AGNUS*
Sit præsens, inter lilia grata nivens.
EX PARNASSO *fert, quidquid complectitur ingens,*
Inclinat plantis, culmina summa Tuis.
I PRÆSIS *PRINCEPS, & felix Nestora vincas;*
VI CEDAS VI *quò, mens generosa movet.*

ALEXANDER de Graboviec ZAKRZEWSKI,
Venatorides Czernichoviensis, Stud: Gram:

XLIX.

VAvel rupes confixa Præsidi, è sensu in saxis concentus occinit.

VAVEL stelligero RUPES *contermina Cælo,*
Tutè Præsuleum nunc Diadema geret,

PRÆ-

PRÆSIDI & *ipsius meritis* CONFIXA *potenter;*
Jam proprijs scopulis, obruet omne malum.
E SENSU *tanti Pastoris, montis* IN *alti*
SAXIS, CONCENTUS OCCINIT *atq; melos.*
Exultaverunt montes quondam acsi ARIES quis?
Sic saliet Vavel, dum Tuus AGNUS adest.
IGNATIUS de Biberstein STAROWIEYSKI,
Subdapiferides Ducat: Zator: Stud: Gram:

L.

ECce Parnassus rivis occinit, veni velox, favens, sonipes scandit.

AGNUS *Præsuleus venit vix* ECCE *sub oras,*
PARNASSUS RIVIS, OCCINIT, *alme* VENI,
VELOX *castalios fontes attollit in altum,*
Murmura spargendo, non metuendo sibi
Quidquam, nam novit doctas quòd Præsulis albus,
Non turbat, verùm protegit AGNUS aquas.
Stansq; FAVENS SONIPES, *jam* SCANDIT *montis & augem,*
AGNO nativum porrigit ille locum
JOSEPHUS BURZYNSKI, Venatorides
Latyczowiensis, Stud: Gram:

LI.

RVentis Poloniæ, i Pacificator secundus, vincens es nexu scissa.

ADvenias faustè PRINCEPS *qui nunce* RUENTIS
Hoste POLONIÆ *Atlas, pacis & Autor eras.*
I *clamat Tua,* PACIFICATOR *fama,* SECUNDUS,
VINCENS ES NEXU, *mille trophæa legas;*
Ac Tibi per ferrum Mavortis SCISSA *liganti;*
Innumeros fasces, alliget omnis honor.
Marcescant nec pacis olivæ quas Tua dextra
Plantavit, verùm sint Tibi palma virens.
IGNATIUS de Wronow WRONOWSKI, Thesaurarides
Podoliensis Stud: Gram:

LII.

INnixus, salve diu expectate carus Præses, concinnus finio Jo.

QVàm summè torquent, sperantem puncta morarum,
Unum momentum, sæpe tyrannus adest.
Sic nos torquebas, alijs INNIXUS *in oris,*
Hora brevis, nobis integer annus erat.
Ergo jam SALVE *PRINCEPS CELSISSIME tandem,*
EXPECTATE DIU, CARUS *ouile regas.*
Prospera cuncta tenens, ô PRÆSES *sis sine fine,*
Non CONCINNUS *ego* FINIO *latus* Jo.

ADAMUS KĘMPSKI, Stud: Gram:

LIII.

ÆTna ardens pro Polonia fuisti sis successui nexus, jeci nuncce.

ÆTNA *syracusios terret, dum est ignibus* ARDENS,
Gaudia Tu nobis, Ætna Polona creas.
Jam vix extabat, nostra scintilla salutis,
Accendisti Tu, frigida corda Virûm.
PROQ; *malis vix viva* POLONIA *sæpe* FUISTI,
Pastori nostro pectore plaude modò,
SIC SUCCESSUI *ovans* NEXUS *CELSISSIME PRINCEPS,*
Ultima jam JECI, *carmina* NUNCCE *Tibi,*

STANISLAUS de Brzezie LACKORONSKI,
Stud: Gram:

T
TAT
TAVAT
TAVIVAT
TAVIVIVAT
TAVIVAT
TAVAT
TAT
T